

J.M.+J.T.

NOS FR. CAMILLUS MACCISE MACCISE
PRAEPOSITUS GENERALIS FRATRUM DISCALCEATORUM
ORDINIS B. MARIAE VIRGINIS DE MONTE CARMELO
EIUSDEMQUE S. MONTIS PRIOR

QUUM per Bullas fel. rec. Nicolai V Cum nulla fidelium, die 7 octobris 1452 et Sixti IV Dum attenta, die 28 novembris 1476, indulta sit Superiori Generali Ordinis Carmelitarum, vel eius Vicario, facultas, perpetuo valitura, erigendi ubique terrarum Ordinem saecularem B.mae Mariae V. de Monte Carmelo, et per Bullas Clementis VIII Cum dudum, die 23 martii 1594 et Romanum Pontificem, die 20 augusti 1603, extensa fuerit eadem facultas ad Praepositorum Generalem Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, Nos acceptis precibus ut erigamus Fraternitatem nostri Ordinis saecularis in civitate Stamford in ecclesia paroeciali sub titulo S. Caeciliae, dioc. Bridgeportensi et habitu consensu Ill.mi ac Rev.mi Ordinarii loci, piis huiusmodi petitionibus libenter annuentes praesentium tenore vi praefatae facultatis, ad normam can. 312 Codicis Iuris Canonici, potestatem facimus R.P. Bruno Cocuzzi, O.C.D. ut in predicta ecclesia Ordinem saecularem B.mae Mariae Virginis de M. Carmelo in fraternitatem nomine nostro erigat ad normam juris.

In quorum fidem dedimus praesentes litteras manu nostra subscriptas atque sigillo officii nostri munitas.

Datum Romae ex Aedibus nostris Generalitiis,
die 13 Maii, 1991.

Reg. N. 5/91.

F. Camillus MacCise
O.C.D.
Praepositus Generalis

David Devine, O.C.D.
a secretis